Ita fortuna ingenium et nuncii compulerunt ut literas a me accipias non ut olim longas. Sed quid ultra desideras si me satis vivere et tum vivere significo. Accepi te apud vulgus patriae tuae non bene audire quod illinc se illis tamquam sub bultero pessis relictis ad pagum patrii mei amanum discesseris. Audient illi olim bene cum tu aeterno operi patrii tui inquilinos alia longe vita et alia demumque pisti donabis et liberabis. Sed haec haec. Premium ne me negligat filium hac maxime tempestate. Nuncium hunc tibi commendo olim tuum discipulum e Ios Leo. Grebelius te affim gaudet mirum in modum. Qui te nunc suo salutem te velint sunt Valentinus studens et ex gentibus Petrus studens qui et te mire colit et vix a scribendis ad te literis abstinet manum ego non retraxerimus si ut ipse inquit tantum demisisse quum non notus eos. Has boni consule tuus non potuit aliam praestantiorem tibi hac tempore operam navare Grebelius. Vale vir colendissime et non unum vive annum perfeliciossime. Kalendis Januarii Lutetiae Anno salutis M.D.XXI.

Conradus ille numquam non tuus obsequentissimus servitor.

Non potui literas obsignare. Excusatum esse me et apud te et parentem ob id velim. Purgabit admissum non minus et has qui tibi perferet literas. Quis si quid deliqui in hoc meo fortunae Euryppo alias resarciendum ea nobis erit nisi perpetuis fletibus castrandum carina solvimus. Meo nomine parentes tuos patrem meum familiam sororem meam uno tuam uxorem salutato.

Ioachimo Vadiano Doctrina humana
integritati, affinitate denique sibi amici
colendo